



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Flamma amorosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

# CONSIDERATIO XLI.

AMOR DEI,

*Flamma amorosa.*

Lumen Sanctæ Fidei accenditur flammam Sancti  
Amoris: quia factum hoc lumen ostendit in Deo  
pulchritudinem infinitam, quæ trahit; Pulchritudinem æter-  
nam, quæ accendit. Si vis ergo te accendere in amore  
Dei, *ama, & ama in lumine.* Præcedat lux, ut flamma  
accendatur: aperi oculos Fidei, & vide quàm pulcher,  
quàm dulcis, quàm suavis est Deus tuus.  
Perge ulterius cum Spe, sperando videre, quod cre-  
ditur. Ah quàm cognitio per fidem est cognitio imper-  
fecta, non satiat cupiditatem amantis. Spera igitur vi-  
dere in unione beatifica videre facie reuelatâ, quàm eter-  
nitatem Dei immensam: & ita credendo, ac spe-  
rando, pervenies tandem ad amorem, ut ames, quod  
speras; desiderans uniri cum ipso unione indis-  
solubili, unione intellectus & affectus, & post mortem,  
in unione præsentis: credendo, sperando, amando.  
Non amatur, quod non videtur, neque cognoscitur:  
non videtur, quando clausi sunt oculi. Aperi ergo oculos  
tantæ Fidei. Experientia docet, quod si videas,  
amas; & si non ames, est signum, quod non videas.  
Domine, ut te diligam: *videam te lumên oculorum  
meorum: diligam te, vitam anima mea.* S. August.  
cap. i. O videre, ô amare! ô lux, ô flamma,  
ô oculus, ô Cor, ô Fides, ô Amor! ô Fides amans,  
ô Amor credens! ô Gratia, ô necessaria unio fidei  
& amoris! credere amando, & amare credendo:  
credere, ut ames; & amare, ut amplius  
crescas in fide!

F

CON-